



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium Vsvm Ac Prixin

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1676**

Tit. II. De Festis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48333](#)

80 *Pars IV. De specialibus Festis.*

post Pentecosten; eò quòd per hanc ipsa vera Dominica, illam verò Festum Trinitatis in Dominicam cadens integratur.

VIII. Dominica prima Adventus illa dicitur, quæ anno S. Andreæ proximior est; illa autem proximior est huius Festo, quæ vel cadit in ipsum Festum, vel antecedit illud inter primos quatuor sequentis hebdomadæ dies cadens; sequitur illud cadens in tres postremos antecedentis hebdomadæ dies.

IX. Dominica quoque prima mensis ea dicitur, quæ Cœlendis est proximior, proximitate hâc eodem modo explicita, sicut numero priore respectu Festi Andreæ explicita est.

**§. II.***De Festis.*

I. **F**esta Sanctorum illi sunt dies, qui sunt consecrati Sanctorum cultui, & memoriæ celebrandæ, ut, quemadmodum S. Augustinus l. 20. contra Faustum c. 21. ait, partim eorum virtutes imitemur; partim eorum meritis conficiemur; partim eorum Orationibus adjuvemur. Vocantur interdum *Natalitia Sanctorum*, non quòd eo die terris, sed cœlo per sanctam & beatam mortem nati sint.

II. Dividuntur primò in Festa *Chori & Fori*. Festa Chori sunt, quæ solummodo in templo Ecclesiasticis Officijs, non autem abstinentia à laboribus servilibus celebrantur. Festa Fori sunt, in quibus Fideles ad auditionem Missæ, & cœlationem à servilibus laboribus obligantur.

III. Dividuntur secundò in Festa *Mobilia & Immobilia*. Mobilia sunt, quæ nulli certo diei Mensis affixa sunt, qualiter sunt Resurrectio Christi, Ascensio, Pentecostes & similia. Immobilia sunt, quæ certis diebus Mensium ex prima Instructione affixa sunt; licet per accidens interdum impediri transferri debent in alium diem.

IV. Dividuntur tertio in *Solemnia, & minus solemnia communia*. Solemnia, prout hîc accipiuntur, sunt ea, quæ in Ecclesia cum extraordinaria solemnitate peraguntur; qualia censeri possunt duplia primæ & secundæ Clas-

Com  
sia ce  
stincti

V.

ratio

à S. C.

Lecti

ri del

Vigi

sti o

Simp

VI

mam

ex de

de co

curra

tis d

ret s

diem

tion

ut su

Anti

cont

V

tiun

nera

S. St

Fest

dem

quo

non

inte

con

tion

Qui

mid

cedu

Joa

utp

Communia sunt, quæ communi & ordinario modo ab Ecclesia celebrantur; qualia sunt omnia Festa à præcedentibus distincta.

V. De Feste Corporis Christi olim licebat commemorationem cum nona Lectione facere; nunc autem simpliciter à S. Congregatione Rituum 8. Jun. 1670. prohibitum est, Lectionem nonam dicere, etiam si commemoratio adhuc fieri debeat. Quod tamen decretum extendendum non est ad Vigiliam S. Joannis Baptistarum infra Octavam Corporis Christi occurrentem, quia Vigiliae non numerantur inter Festa Simplicia strictè accepta.

VI. Festum Purificationis B. Virginis, si in Septuagesimam, vel aliam similem Dominicam privilegiatam cadat, ex decreto Clementis VI. sequenti die celebrandum est; Unde colligitur, si aliud Festum novem Lectionum eo die occurrat, transferendum id esse; alioqui enim speciali Clementis decreto opus non fuisset, cùm per se ex Rubricis constaret satis, illud, si dies impedita non occurrat, in sequentem diem transferendum esse. Et videtur fortè Pontifex hāc ratione ad illud decretum motus, ne, quia cum Purificatione, ut supra dictum est, etiam Orationes de partu B. Virginis, & Antiphona *Alma Redemptoris* transferenda sunt, nimis diu contra Mysterium de partu Commemoratio facienda sit.

VII. Festa SS. Stephani, Joannis Apostoli, & Innocentium prorsus singularia sunt, quia in paucis ordinarias & generales Rubricarū Leges sequuntur. Nam in primis Festum S. Stephani, & SS. Innocentium in Tabula Festorum nec inter Festa primæ, nec secundæ Classis ponuntur, cùm tamen iisdem (saltem Feste S. Stephani) Festum S. Joannis Apostoli, quod est secundæ Classis, in primis Vesperis cedat. 2. Quia non modò Octavas integras habent (quod ad minimum ea inter Festa secundæ Classis numeranda esse arguit) sed etiam contra privilegia Duplicium secundæ Classis, Commemorationem diei infra Octavam in ipso suo Feste admittunt. 3. Quia in Feste nullum earum integras habet Vespertas, sed dimidias duntaxat, seu à Capitulo inchoatas. 4. Quia nec cedunt sibi mutuò juxta Regulas Breviarij; cùm Festum S. Joannis utpote Apostoli dignius videatur S. Stephani Feste, utpote Martyris duntaxat, & tamen in primis Vesperis ce-

dere debeat S. Stephani Festo; ob quam causam Andreas C<sup>a</sup>  
staldus in Cærem. Cleric. Regul. I.3. c.5. n.1. Festum S. Ste  
phani ad primam classem Duplicium revocandum putat, cu  
jus sententia & mihi probabilior videtur; tum quia sic ge  
nerales Rubricæ in omnibus tribus his Festis magis servan  
tur, dum de singulis ratio reddi potest, cur alteri cedat, nem  
pe quia minus dignum erat: tum quia valde credibile est  
quod, sicut Ecclesia primarios duos Apostolos in prima class  
ponere voluit, ita etiam primum Ecclesiæ Martyrem hono  
rēdem afficere voluerit; tum quia sic ratio reddi potest, cum  
Ecclesia Festum S. Stephani, & SS. Innocentium inter Festa  
primæ & secundæ Classis in Catalogo Festorum non posue  
rit, eò quod scilicet ex ipso eorum Officio id satis colligi po  
tuerit, nempe Festum S. Stephani inter primæ Classis nume  
randa esse, quia Festum S. Joannis Apostoli, quod est secunda  
Classis, eidem cedit, (quod tamen, si secundæ Classis etiam  
Festum S. Stephani foret, eidem ob dignitatem majorem  
Apostoli, quam Martyris, præferendum foret) & Festum SS.  
Innocentium esse secundæ Classis ob Octavam, quam habet  
& minus dignum Festo S. Joannis, quia eidem utpote secun  
dæ Classis Festo cedit; quæ omnes rationes, quia, ut patet, pro  
Festo S. Laurentij non pugnant, hinc immerito Gavantu  
s. 6. c. 6. n. 1. ex paritate ejusdem Sancti cum S. Stephano  
eandem Classis dignitatem evincere conatur. Sed & aliud  
quod cit. Author n. 6. addit (quod scilicet, si in his Festis  
aliud Festum primæ Classis, v. g. Dedicatio aut Titularis oc  
curreret, de sola Nativitate Christi in Laudibus commemo  
ratio facienda esset) meritò dubium videri posset, cum enim  
Ecclesia de facto Octavis illis Commemorationem permit  
tat, licet vi Rubricarum generalium (quæ in Festis secundæ  
Classis nullam Commemorationem diei infra Octavam con  
cedunt) neutiquam illis competenteret, videtur hoc speciale  
his Festis privilegium concedere voluisse, ut, quoctunque  
Festo occurrente de ijsdem Commemoratio fiat. Responden  
tamen ad hoc dubium pro Gavanto posset, quod hoc ipso,  
quod Rubrica in Tabula occurrentiarum inter privilegiata  
Octavas, de quibus semper fit Commemoratio, Octavam Na  
tivitatis, & non S. Stephani ponat, satis eam indicare, quod  
hoc privilegium S. Stephani Octavæ non conveniat. Quod  
autem

autem in Festo S. Joannis, & SS. Innocentium Commemoratio de Octava S. Stephani contra communem Legem admittatur, cum Festum S. Joannis sit minoris solemnitatis, ut pote secundæ Classis, hoc ad Festa primæ Classis extendendum non esse.

VIII. Cum Festum Rosarij, teste Gayanto s. 7. c. 12. n. 1. debeat ubique celebrari, ubi adest Altare seu Capella Rosarij, sub Duplicis majoris ritu, in prima Dominica Octobris, quæ scilicet occurrit in Kalendis, vel post Kalendas, ex decreto Gregorij XIII. die 1. April. 1573. Officium de eo, ut in Festo Nivis, recitandum est, exceptis Lectionibus secundi Nocturni, quæ ex secundo Nocturno de Nativitate B. V. mutato verbo Natali in Solemnitate suinendæ sunt. Quod si hoc die, Octava dies Titularis aut Dedicationis Ecclesiæ occurreret, Gavantus putat de Rosario dicendum Officium cum Commemoratione Octavæ, sicut in simili casu Sacra Congregatio de B. V. Visitatione permisit Officium dici in Octava S. Prosperi, qui Regij Patronus est, licet alioqui vi Rubricarum transferri deberet illud Festum. Secus sentiendum ait, si ipsa Dedicatio aut Festum Titularis in hac Dominica occurreret, tum enim à S. Congregatione 6. Febr. 1638. decretum esse dicit, ut nihil fiat de Rosario, neque etiam transferatur, cum non conveniat illud à Dominica transferri.

### S. III.

#### De Dedicatione.

I. **D**edicatio Ecclesiæ est Festum, in quo memoria primæ illius consecrationis solemniter celebratur. Unde & à S. Leone *Natalis Ecclesiæ* nominatur; estque juxta S. Thomam lect. 5. in cap. 10. Joann. dignius Festo Titularis & Patroni, eo quod in illo recolantur beneficia toti Ecclesiæ collata, quæ superant beneficia uni tantum vel alteri Sancto exhibita.

II. Dividitur in Dedicationem *propria vel aliena Ecclesiæ*; inter quas hæc diversitas est, quod Dedicatio propriæ Ecclesiæ semper sub ritu Duplicis primæ Classis, & cum Octava celebranda sit; non item alienæ, quæ sub ritu commu-